



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

CXXXII. Markgraf Ludwig verleiht die Hebung einer jährlichen Rente von  
43 Mark an H. von Barby wiederkäuflich, am 29. September 1343.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

et mandantes vt omnes nostri aduocati vel officiiati bona dicti monasterii omni fraude sublata tanquam nostra fideliter tueantur et defensent. In cuius etc. Testes Dux de Decka, Guntherus Comes de Swartzburg, Rylach curie nostre magister, et Albertus de Wolfstein cum ceteris. Datum Spandowe anno domini M. CCC. XLIII, Die dominica, qua Cantate cantatur.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives I, C. 4 in qu. Abth. 5 No. 32. Vgl. Gerken Cod. II, 556.

CXXXII. Markgraf Ludwig verleiht die Hebung einer jährlichen Rente von 43 Mark an H. von Barbey wiederkäuflich, am 29. September 1343.

Nouerint etc. quod nos etc. contulimus et presentibus conferimus nobili viro domino H. de Barbey XLIII marcas argenti in clauetro Lenin, in quibus ejusdem clauetri conuentus debite pensionis annue nobis est obstrictus singulis annis super beate walpurgis medietatem et super festo beati martini totidem sine inquietatione ac impedimento quolibet nostri heredum successorum ac officiatorum nostrorum quorumcunque pacifice tollendas pariter et tenendas, volentes etiam easdem marcas post decessum domini Henrici prenominati ad capitulum ecclesie Brandenburg. redigi sub equali collatione, qua premititur, si ante solutionem marcarum predictarum decesserit, seu deuolui, Reseruantes nobis heredibus et successoribus nostris predictas XLIII marcas a predictis videlicet domino Hen. et capitulo ecclesie prius tacte redimendi seu reemendi pro trecentis marcis et XXX marcis argenti, dum voluerimus aut voluerint, plenariam facultatem. In cuius etc. testes Decka Swartzburg etc. Datum Stendal, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>. die b. michahelis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives I, C. 4 in qu. Abth. 5 No. 33. — Gerken Cod. II, 558 mit einer ausgelassenen Zeile.

CXXXIII. Markgraf Ludwig verschreibt obige Rente dem Domcapitel zu Brandenburg, falls selbige bei dem Tode des H. von Barbey noch nicht zurückgekauft sein sollte, am 29. September 1343.

Nouerint etc. quod nos contulimus etc. capitulo ecclesie Brandenb. XLIII marcas argenti in clauetro lehnin, in quibus ejusdem clauetri conuentus nobis annue pensionis nomine obligatur, sic ut duo fidedigni ejusdem capituli potiores vel vasalli ad vsum capituli singulis annis medietatem pecunie pretacte super festo b. martini et in festo b. walpurgis totidem sine inquietatione seu impedimento quolibet nostri heredum successorum ac officiatorum nostrorum, si ante decessum nobilis viri domini H. de Barbey prenominatam pecuniam pro CCC<sup>o</sup>. marcis non redimerimus, post obitum ejusdem tollent pariter et tenebunt; Reseruantes autem nobis heredibus et successoribus nostris sepius tactam pecuniam redimendi seu reemendi pro summa pecunie ab ejusdem ecclesie capitulo ut